cities vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris
praescriptione Terrestri, bello, conventioneq, ac alijs omnibus Iuris
remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis eva-
dendo, His suis praesen. Recognition. praemissa omnia mediantibus.

Vigore Laudi Sabbatho post Festa Solennia Sacri Pentecosten proximo Anno Domini 1669.

15/VI
1669

Sochowski Conti Reformat

Comparens personaliter coram officio Actisq. praesen. Castren. Capitan.
Praemislien. Gnosus Ioannes Sochowski olim Gnosi Stanislai Sochowski, cum
olim Gnosa Anna Boguslia Consorte legitima procreatus filius sanus
mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictioni-
busq. suis quibusvis proprijs et competentibusq. recedendo. Praesenti vero
Castrensi Capitaneali Praemislien. Iurisdictioni quo ad actum huno
attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus to-
taliter et plenarie incorporando atq. subjiciendo palam, libere, pu-
blice ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosa Dorothea,
Gnosi Adami Iasinski cum Gnosa Barbara Czerminska procrea
ta filia Consorti suae legitimae eiusq. posteris summam Quingen-
torum florenorum polonicalium in vim Dotis et expeditionis post
illam acceptae et in domum suam importatae, nec non aliam
similem summam Quingentorum florenorum polonicalium ratio
ne certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra
medietate bonorum suorum gratis omnium, haereditariorum, obli-
gatoriorum mobilium et immobilium, summarumq. quarumvis pecun.
necnon auri, argenti, clenodiorum, Vnionum, Margaritarum

vestium

vestium, vestimentorum, stanni, æris, cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum, equitum, ac totius supellectilis domesticæ, nunc habitæ et in post habendæ, dedit, dotavit, dotalitavit, inscripsit, et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit, et reformat præsent. per ipsam Gnosam Dorotheam Jasinska sui Recognoscentis Consortem Legitimam et eius posteros eandemque medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum universis ips. utilitatibus, et usufructibus, competentijsque et prærogativa quavis tenend., habendi, et possidendi; illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniæ observari solitarum.

Tymieniecka Fredrowi Robrt

Comparens personaliter coram Officio Actisque præsentibus Castren. Capitan. Gnosa Constantia de Leszczyny, Gnosi Alexandri Zarębа Tymieniecki Pincernæ Terræ Siradien. Consors cum eiusdem Gnosi Mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia et idoneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen. recedendo, Præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecun. quibusvis habitis et haben. inscribit et obligat præsen., scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Gnosi Valentini de Fredro wice Fredro et ips. successorum, ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum; de actu et data illius hic Præmisliæ

dic